

7. De Dei simplici, et una, distincta tamen omnium rerum scientia, et providentia

[20.] Est plane sibi coaeternum omnia posse, sicut [605d] et omnia nosse, idemque semper existere. In illo itaque summo rerum cardine naturarum omnium iura dispensans, sic omnia tempora, praeterita videlicet, praesentia et futura, intra suae provisionis arcana complectitur, ut nec novum aliquid sibi penitus accedat; nec aliquid ab eo per cursus momenta recedat; sed nec diversis obtutibus diversa considerat, ut cum intendit praeteritis, vacet a praesentibus, vel futuris; vel rursus cum praesentia, sive futura considerat, oculos a praeteritis avertat; sed uno dumtaxat ac simplici praesentissimae maiestatis intuitu, simul omnia comprehendit. Neque hoc confuse, atque inexplicabiliter, sed omnia discernit, atque iuxta proprietatem suam quaeque distinguit. Plane qui in [606a] theatro residet, non simul omnia videt; quia cum intendit aciem ante se, non videt post se; qui autem non in theatro, sed super theatrum excelsior supereminet, totius undique interiorem theatri ambitum uno comprehendit aspectu; ita omnipotens Deus, quia omnibus, quaevolvuntur, incomparabiliter supereminet, omnia simul suis subiecta conspectibus praesentialiter videt. Et, ut quod

7. Despre știința lui Dumnezeu, simplă și unică, deosebită totuși în raport cu toate lucrurile, precum și despre providență

[20.] Este evident că, în cazul lui¹⁴³, el poate coetern totul, tot așa cum¹⁴⁴ **[605d]** și cunoaște totul, și rămâne întotdeauna același. Și astfel, în acel nivel¹⁴⁵ suprem al lucrurilor, distribuind legile tuturor, cuprinde astfel în tainele previziunii sale toate timpurile, și anume cele trecute, cele prezente și cele viitoare, încât nici ceva nou nu ar putea deloc să i se adauge¹⁴⁶, nici să i se sustragă ceva prin scurgerea timpului. Dar el nici nu ia în considerare cele diferite cu priviri diferite, așa încât, atunci când este atent la cele trecute, să nu se ocupe de cele prezente sau viitoare; sau, iarăși, când ia în considerare cele prezente sau viitoare, să le piardă din vedere pe cele trecute¹⁴⁷; ci numai dintr-o singură și simplă privire¹⁴⁸ a maiestății sale întru totul prezente, le cuprinde simultan pe toate¹⁴⁹. Iar această privire nu este nici confuză și nedeslușită¹⁵⁰, ci le discerne pe toate și le distinge pe fiecare în parte după proprietatea sa. Cel care **[606a]** se așază într-un teatru, firește, nu le vede pe toate simultan, fiindcă, atunci când își îndreaptă ascuțișul <privirii> înainte, nu mai zărește înapoi; cel care însă se înalță, nu într-un teatru, ci peste teatru cu mult deasupra, cuprinde dintr-o singură privire, din toate părțile, circumferința interioară a teatrului în întregime. Așa și Dumnezeu,

loquimur, non modo vivax ingenium capiat, sed et deses quilibet facile comprehendat, maior nobis varietas est in hoc tam brevissimo temporis puncto, quo dicimus caelum, quam Deo sit simul inspicere infinita omnium spatia saeculorum. Nam cum huius particulae prima dicitur syllaba, remanet adhuc secunda; et cum secunda sonat, iam prima pertransiit. Deus **[606b]** autem uno atque ineffabili suae contemplationis ictu simul omnia conspicit, et conspiciendo distinguit. Omnia circumdando penetrat, et penetrando circumdat. Hinc est, quod Petrus ait apostolus: *unum hoc non lateat vos, carissimi, quia unus dies apud Deum, sicut mille anni, et mille anni, sicut dies unus*. Et quia millenarius numerus perfectus est, mille annos posuit pro longitudine, et prolixitate omnium saeculorum. Unde et Psalmista: *mille, inquit, anni ante oculos tuos, tamquam dies besterna, quae praeteriit*; quia quidquid a nobis futurum exspectatur, iam Deo per omnia notum, quasi praeteritum esse decernitur. Est enim, sicut ipse de se dicit: *alpha et omega, initium et finis*. **[606c]** Et per prophetam: *ante me non est formatus Deus, et post me non erit*. Enimvero, quia in supremo rerum vertice ineffabiliter supereminens, quasi quodam profunditatis et aeterni consilii sui circulo non modo cuncta temporum spatia, sed et loca, et universas amplectitur creaturas, et haec omnia uno contemplationis ictu, ac simplici semper aspectat intuitu.

[21.] Non immerito solus potens, solus aeternus, solus dicitur immortalis. Unde et Apostolus: *regi, inquit, saeculorum immortalis et invisibilis, soli Deo honor et gloria*. Et

atotputernicul, fiindcă se înalță neasemuit mai sus de toate cele ce se desfășoară, le vede simultan pe toate, supuse privirilor sale în mod prezent. Și, ca să rețină ceea ce vorbim nu numai mintea cea vioaie, ci și cea leneșă să prindă ușor, există pentru noi o mult mai mare varietate în clipa această infimă prin care numim „cerul”¹⁵¹ decât are Dumnezeu în a contempla simultan întinderile infinite ale tuturor veacurilor. Căci, de îndată ce se rostește prima silabă a acestui cuvânt, rămâne a doua, iar când se aude a doua, prima a și trecut deja. Dumnezeu **[606b]** însă le vede la un loc pe toate, simultan, dintr-o aruncătură de privire unică și inefabilă a contemplării sale, și, văzându-le la un loc, le distinge. Înconjurându-le pe toate, le pătrunde și, pătrunzându-le, le înconjoară. De aceea și apostolul Petru spune: *Acest singur lucru să nu vă fie ascuns, preaiubiților: că o singură zi înaintea Domnului este ca o mie de ani și o mie de ani ca o singură zi*¹⁵². Și, fiindcă numărul o mie este perfect, a pus ca lungime o mie de ani, și din cauza întinderii mari a tuturor veacurilor. De aceea și Psalmistul spune: *O mie de ani în fața ochilor tăi sunt ca ziua de ieri, care a trecut*¹⁵³. Fiindcă orice este așteptat de noi să urmeze a fi este deja cunoscut sub toate <aspectele> de Dumnezeu, ca și cum se consideră că este trecut. Căci este, după cum spune despre sine el însuși, *alfa și omega, început și sfârșit*¹⁵⁴. **[606c]** Și prin profet: *Înainte de mine nu a mai fost creat Dumnezeu și nici după mine nu va mai fi*¹⁵⁵. Desigur, căci, înălțându-se în culmea supremă a lumii, inefabil, ca într-un fel de cerc al profunzimii și al minții sale eterne, cuprinde nu numai intervalul tuturor timpurilor, ci și locurile și toate creaturile, și toate acestea din proiecția unică a contemplării <sale>, și le examinează mereu cu o privire simplă.

[21.] Nu fără îndreptățire doar el este puternic, doar el etern, doar despre el se spune că e nemuritor. De aceea spune și Apostolul: *Cinste și slavă împăratului veacurilor, nemuritorului și nevăzutului, unicului Dumnezeu*¹⁵⁶. Și la

idem: *beatus, et solus potens rex regum, et Dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem, et lucem habitat inaccessibilem, quem nemo hominum vidit, nec videre potest* [606d]; nam et angelica virtus, licet potens sit, non tamen a se, sed ab illo est: licet immortalis sit, suumque beate vivere nullo prorsus fine concludat; tamen quia et loca mutat, et tempora, non coaeterna suo dicenda est Creatori, quia naturaliter atque essentialiter est ipsa potentia, ipsa immortalitas, ipsa aeternitas. Unde et Moyses: *Dominus, inquit, regnabit in aeternum, et ultra*. Nam et angelica beatitudo iuxta conditionis suae modum non immerito videtur aeterna, quae nulli prorsus termino probatur obnoxia. Et merito dicitur, quia in aeternum vivit, quia beate vivere numquam desinit. Sed ille non solum in aeternum, sed *in aeternum regnat, et ultra*, qui cuncta saeculorum [607a] volumina intra provisionis suae continet sinum: et non tamquam praeterita, vel futura, sed ut revera praesentia, suoque subiecta conspectui, perspicacissimo comprehendit intuitu; qui suae ditionis imperio regit omnia, cuius legibus obtemperant universa, qui omnes creaturas ad nutum sui disponit arbitrii; omnibus vivendi moderatur, ac temperat ordinem, omnium formas distinguit, ac species, omnibus, prout vult, congruas virium tribuit facultates; a quo, et per quem est quidquid est, sine quo quidquid est procul dubio nihil est.

fel: *Fericit și singur puternic împărat al împăraților, și domnul celor ce domnesc, cel care singur deține nemurirea și are drept sălaş lumina inaccesibilă, pe care nimeni dintre oameni nu îl vede și nici nu poate să îl vadă*¹⁵⁷. **[606d]** Căci și tăria îngerească, deși este puternică, nu este totuși de la sine, ci de la el: chiar dacă este nemuritoare și nu oprește prin absolut nici o limită modului său de a trăi fericit¹⁵⁸, totuși, fiindcă schimbă și locurile și timpurile, nu trebuie considerată coeternă creatorului ei, din moment ce el este în mod natural și esențial însăși puterea, însăși nemurirea, însăși eternitatea. De aceea spune și Moise: *Domnul va domni pe vecie și dincolo de ea*¹⁵⁹. Căci și fericirea îngerească, potrivit condiției sale, nu fără îndreptățire pare a fi eternă, deoarece este vădit că nu e deloc expusă nici unei limitări. Și, pe drept cuvânt, se spune că ea trăiește pe vecie, fiindcă nu încetează niciodată a trăi fericită. Dar el nu numai că <trăiește> pe vecie, ci domnește *pe vecie și dincolo de ea*, deoarece păstrează în sânul previziunii sale **[607a]** sulurile înfășurate¹⁶⁰ ale tuturor secolelor. Și el le cuprinde cu o privire foarte perspicace, nu ca și cum ar fi trecute sau viitoare, ci prezente, de fapt, și supuse cercețării sale. <El este> cel care, prin puterea poruncii sale, le conduce pe toate, prin ale cărui legi toate cunosc o proporție, cel care dispune de orice creatură doar printr-un semn al hotărârii sale și pentru toate orânduiește un mod de viață și¹⁶¹ le proporționează ordinea, distinge formele și aspectele tuturor și, precum vrea el, le acordă tuturor facultăți potrivite¹⁶² puterilor lor. <El este> cel de la care și prin care există orice există, cel fără de care, cu siguranță, orice există este nimic.